

trare volo quòd substantia cerebri, medullæ specialis, et systema nervosum à matre prodeat; corpus verò vasculosum et fibrosum à patre; et quod idem est in regno vegetabili, substantia medullaris à plantâ feminâ, corticalis à plantâ mare. A posteriori hoc manifestum est; sed quomodò hoc fiat, altioris indaginis est quod nullus hodiè explicet, si non summus SAUVAGESIUS.

Multùm profectò me optimo amico debere fateor, qui mihi amicitiam comparavit D. Jacquini, à quo litteras habui plurimas, easque verè aureas, rarissimis observationibus botanicis madentes. Ille mihi explicavit pleraque obscura genera Plumieriana, quæ nullus post Plumierum viderit. Habet ille plurima nova genera, et inter hæc etiam *Camojonduram* ipsi dictam, quam solus Hernandes * delineavit, cujus figuram adèò para-

* HERNANDEZ (FRANÇOIS), médecin et botaniste espagnol, envoyé par Philippe II, pour décrire les productions de l'Amérique septentrionale, mourut sans avoir publié le résultat de ses explorations; mais sur ses manuscrits, François Cési, fondateur et président perpétuel de l'Académie Lynceenne, publia à Rome, en 1651 : *Nova plantarum, animalium et mineralium Mexicanorum Historia*, à Fr. Hernandez, *medico in Indiis, præstantissimo primùm compilata*; dein à Nardo Ant. Reccho in volumen digesta, à Johan. Ferentio, Johan. Fabio, et Fabio Columnâ Lynceis, *notis et additionibus longè doctissimis illustrata*. In-1^o, fig.